6.14497-347

Num. 52. Caj. 1. num. 1.

CONCILIA.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

NOTITIA EORVM
QVÆ BINIANÆ CONCILIORVM EDITIONI IN REGIA ACCEDVNT.

POSTREMAM *Conciliorum collectionem a Binio editam, & notis illuſtratam, vtpote locupletiſsimam, ſequi libuit, & integram typis mandare. Et quia innumeris propemodum mendis ſcatebat, ſacta cum variis & purioribus exemplaribus comparatione, permulta loca ſanata ſunt. Cum defuerunt exemplaria, coniecturas, ſeu mauis emendationes, in marginem reiicere viſum eſt; in textu ipſo, præter barbariſmos quoſdam, & errata quæ typographorum incuria irrepſe-*

CONCILIORVM
TOMVS PRIMVS.
Ab anno XXXIV. ad annum CCCXIII.



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DC. XLIV.

DE QVADRVPLICI SYNODO APOSTOLORVM,

IVXTA GLOSSAM ORDINARIAM,

In Actis Apoſtolicis per S. Lucam Euangeliſtam diuerſis in capitibus ſtudioſe deſcripta.

ANNO CHRISTI 34.

EX ACTIS Apoſtolicis colliguntur a ſcriptoribus Eccleſiaſticis, ac potiſſimum Gloſſa ordinaria, Conuentiones ſiue Concilia aliquot Apoſtolorum, primitiuæ quoque Eccleſiæ: in quibus exempla, formæ, imagines ac ceremoniæ certæ Conciliorum, tam generalium quam prouincialium, traduntur; poſtea per ſanctos Patres & Eccleſiæ Catholicæ poſteros obſeruandæ.

Gloſſa ord. colligit tantum has 4. alii alias, & plures.

NOTÆ.

Sunt qui, poſthabito Gloſſæ ordinariæ iudicio, harum Synodorum Apoſtolicarum quaſdam omittunt: alias vero, quas ſcilicet S. Lucas Actorum 4. & 11. deſcripſit, addunt. Nos ordinariam Gloſſam, cuius maior eſt auctoritas quam cui tam leuiter a curioſis quibuſuis nouatoribus ſit contradicendum, imitantes, neque ordinem mutamus, neque numerum augemus.

---

[a] I. SYNODVS APOSTOLORVM.

DE prima Apoſtolorum diſcipulorumque Chriſti Conuentione, legimus Actorum primo capitulo, quod

Act. 1. de electione Mathiæ.